Fragmentarium

D te levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam neque irrideant me inimici mei etenim universi qui te expectant non confundentur. Ps. Vias tuas domine demonstra michi et semitas tuas edoce me. Gloria.

... adventum nisi de ... in pleno officio. Ora.

... domine potentiam tuam et veni: ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi et te liberante salvari. Qui vivis cum deo ...

... Maria Oratio :-

Deus qui de beate marie virginis utero verbum tuum angelo annunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis. ut qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuvemur. Per eundem. De omnibus sanctis.

Conscientias nostras quesumus domine visitando purifica: ut veniens filius tuus dominus noster ihesus christus ... sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum. Ad Romanos

Fratres. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus: quam cum credidimus. Nox precessit dies autem appropinquabit. Abiciamus ergo: opera tenebrarum. et induamur arma lucis sic ut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudiciciis non in contentione et emulatione. Sed induimini dominum ihesum christum. Gr.

Universi qui te expectant non confundentur domine. V. Vias tuas domine notas fac michi et semitas tuas edoce me. Alleluia. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

In illo tempore. Cum. Math.

Appropinquasset ihesus iherosolimam et venisset bethfage ad montem oliveti. tunc misit duos discipulos dicens eis Ite in castellum quod contra vos est: et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea. Solvite et adducite michi. Et si quis vobis aliquid dixerit. dicite quia dominus hiis opus habet et confestim dimittet eos. Hoc autem factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem.

License: public_domain – Schaffhausen, Stadtbibliothek, Q+ 74, Front cover – Missale Frisingense (https://fragmentarium.ms/view/page/F-qyx0/10854/79027)